

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

autem ejus veneno moriendum est, tot diebus mori, quot vixerat lepus; Licinius Macer apud *Plinium* testis est. *l. 31. c. 2.* *Locusta* in Euripo mari non generantur, si Aristoteli credimus *hist. 9. c. 37.* In Indico vero quaterna implent cubita, ut autor est *Plinius l. 9. c. 3.* De *loliginibus* narrat *Plinius ex Trebio nigro*, tanta interdum multitudine volare, ut navigia demergant. *Albertus autem l. 24. de Animali.* *Loliginem* quinque cubitos esse longam, in *Sexo* flumine *Mauritania* scribit, & juxta Oceanum sagittae volitare modo addit. Incredibile id omnino non esse putat Rondeletius, cum plurimæ muio se complexæ natent; ideoque multæ simul capiantur.

CAPUT XV. DE MARGARITIS.

MArgaritæ concharum quibusdam velut nuclei, aliis partus, grando nonnullis. Multæ & magni in iis reperiuntur ponderis. Faba sunt grandiores in finu quodam novi orbis. Ovis turritis ad Insulam Solon (*Ostreum* se ibi cepisse *Martyr.* scribit, cuius caro septem supra quadraginta libratum fuerit) magnitudine nucis unum insulæ Eubagnæ Rex habuit, pendentem triginta siliquas & unam, mille ducentis Castilianis venditam. *Gonzalvus Oviedus* magnitudine pilæ arcus; rotundissimam, pondere viginti ex siliquarum Panama venditum asserit. Prope Insulam Borneo *anserinum* ovum æquare proditum est, tanta rotunditate, ut mensæ imposita, uno haud maneat loco. *Me præsente* inquit *Petrus Martyr. Decad. 1. l. 8.* cum apud *Ill. Medina Sidonia* ducem, invitatus, *Hispali* pranderem, unam (*incredibile pondus*) super centum uncias venum ad eum tulerunt. Ex fluvio alluente pagum Hussinez in Bohemia concharum æstate ejiciuntur acervi, è quibus perla, matræ quædam, immaturæ nonnullæ. Has anatibus devorandas offertunt, alvo dein redditas splendidiores colligunt, ut ait

Ges-

E X
Gefatum. Reperi-
tum; centum p-
ficitur. Vespasian-
us magistrum di-
git. Ciceron de
la solido aere
videtur sententia
nonnulla, & qua-
dratique & viride
l. 9. c. 8. At ex
pallecentes ex
prinde ac in fu-
gni asserit, ce-
qui Cabaguan-
tum, quo in g-
nisi sunt propri-
teterioribus mi-
Alex. Benedic-
tibus compa-
re pectus ejusq[ue]
latino viscosam
undam coloris
resensim traduc-
la fieri traducta
in terris detegi-
tur, arbitror
item in porta, a
u[er]ba scriberem
ne lapilli, tot
u[er]ba erant tam
num veluti
hinc referendas
Gaudrem idex
quare nec id mi-
hi unione reperi-
tus, primo lo-
cuse, inde merge
aliquantur.

Gesnerus. Reperiuntur autem quatuor aut quinque in unica ; centum & triginta in Ostreis Indicis se reperisse scribit *Vesputius*. Reperta aliquando aliquot medicis magnitudinis , minutorum instar granorum reliqua. Ceterum de illarum generatione controversia est. Ex roscido aëte gigni quidam credunt : sed falsa hæc videtur sententia. Profundissimo enim in gurgite latent nonnullæ , & quædam nigras, quædam fulvas, caruleas denique & virides , producunt nonnullæ. *Ovidius* hjs. l. 9. c. 8. At ex puro rore candidas nasci illi dicunt , pallescentes ex turbido. *Androstenes* apud *Athenæum* perinde ac in suis grandinem, in conchis margaritas gigni assentit , cui *Iuba* subscribit, referente *Plinio*. Indi qui Cabaguam Insulam incolunt , eo nasci modo tradunt , quo in gallinis ova. Nam hæc grandiora , formini sunt propinqua , citiusque excluuntur ; in uteri interioribus minorata recondita jacent. *Rondeletius* & *Alex.* *Benedictus* lapidum in diversis nascentium animalibus comparant originem. Vidimus, inquit hic, lapides ex vesca ejectorum magnitudine ovi gallinacei , quos paulatim viscosa materia obducta, veluti in crustas variis interdum coloris igneus calor induravit, aique ita increaserentur traduntur. Margarita etiam in conchis eo modo fieri traduntur, gemmariis varios veluti in capsis corticis, torno detegentibus. Et *Rondeletius* , Eadem ratione inquit , arbitror unionem in conchis concrescere, qua grandinem in porci, calculum in renibus vel vesca. Quo anno hac scriberemus, mortuus est quidam, cui in altero renem erat lapillus , tot particulis constans, quot in rene venularum erant ramuli , quarum particularum lajilli, extremum veluti caput marmoris rotundi & candidi frustulum referebat , vel margarita majuscula figuram, & splendorem id ex pituita vitrea concretum fuisse existimo. Quare nec id mirum , si in Ostreis & Conchis senescentibus uniones reperiantur. Dissolvit etiam possunt, modus prescribitur ab *Chymicis*. Ipsas integras , inquit *Cardanus* , primo lava, succumque limonum bis aut ter colliguntur.